



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 33. [i.e. 53.] Donatistæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

§. LIII.

Sæculum IV.
A. C. 394.*Donatistæ.*

Illo circiter tempore S. Augustinus, ad-
hucdum Presbyter, adversus Donati-
stas scribere cœpit; eorum multitudo eo
usque in Africa excreverat, ut ultra qua-
dringentos Episcopos numerarent, & eo-
rum copia Ecclesia Catholica oppressa
videretur. Primo contra eos scripsit A-
crosticha secundum ordinem Alphabeti,
ut discentium memoria juvaretur; ea
S. Augustinus composuit stilo valde sim-
plici, nec latinorum prosodiam observa-
vit, ne verbis, vulgo incognitis, uti co-
geretur, quippe hoc canticum ad rudis
populi instructionem conscripsit. Inde
colligimus, quamvis in illa Africæ parte
adhucdum linguæ punicæ usus esset, pau-
cos tamen fuisse, qui latinam ignorarent.
In hoc Cantico S. Augustinus historiam

*Possid. c. 7.**I. Retr. c. 20.*

U u u 3 Schis-

Wie könnte er doch erweisen, daß die Lehre vom
Ablass schädlich, oder gar dem Verdienste Jesu
verkleinerlich sey? Es erhellet, daß er von der Leh-
re der Catholicken gar keinen Begriff habe. Der
Gewalt Ablass zu ertheilen, ist gegründet auf die
Worte Jesu Christi, da er zu dem Heil. Petrus
gesagt: Et tibi dabo Claves Regni Cælorum &c.
welche Wahrheit die eingeschlichenen Mißbräuche so
wenig, als das Lästern eines Luthers, und seiner
Lehrlinge umstossen können.

Sæculam IV. Schismatis Donatistarum summatim in-
A. C. 394. dicat, & argumenta, quæ maxime ad ho-
 minem sunt, eos esse rejiciendos. Non
 omittit iis objicere, quod Circumcel-
 liones, aliosque homines improbos apud
 1. *Retr. c. 20.* se vivere paterentur. Aliud quoque o-
 pus ante Episcopatum scripsit, quod non
 habemus, contra Epistolam Donati, se-
 cundi Donatistarum Carthagine Episco-
 pi. Nam tunc temporis ipsi adversariis
 suis contra se scribendi ansam domesticis
Aug. hæc. 69 suis divisionibus præbebant; præter cor-
de bapt. 1. c. pus hujus Sectæ præcipuum, qui simpli-
6. in Ps. 36. n. citer Donatistæ dicebantur, alias inveni-
20. Cont. re erat paucorum societates, quarum u-
Cresc. IV. c. naquæque apud se tantum verum Baptil-
60. contr. litt. mum, & veram Ecclesiam reperiri crede-
Petil. II. c. 83 bant. Inter hos obscuros Donatistarum
Ep. 93. ad Schismaticos leguntur Claudianistæ, Ur-
Vinc. n. 11. 12 banistæ in quodam Numidiæ angulo,
 Rogatistæ in Mauritania Cæsarea; eo-
 rum caput erat aliquis Rogatus, qui an-
 te annos circiter triginta novo schisma-
 te se a cæteris separaverat. Tyranno
 Firmo bellum movente, nempe circa an-
 num 372. hos alii Donatistæ persecuti
 sunt, hinc eis persecutionem passi Firmia-
 norum nomen dedere. At scandalum
 maximum in Schismate Maximianistarum
 exstitit.